

Universitätsbibliothek Wuppertal

Comoediae

Terentius Afer, Publius

Lugduni, Anno Christi M.CCCC.LXXXX die vicesima octava Maij

Geleitbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-132)

**Calphurnius brixienſis Marco
Aurelio viro preclariffimo ſalutem:**

Quoniam antiquos ſcriptores Marce Aurelii qui diſciplinay omnia multa & varia cognitione predicat erant ſim magis pro virili intendiſſe: ad edendum ſua: q̄ ad interpretandū alioꝝ ſcripta: q̄ in altero plus laudis: in altero vero pene plus laboris & minus fauoris aſſequerentur. Fuere tamen nonnulli: qui viam quandam perutili: & compendioſam: tenentes: ea que abſtruſa tantum viderentur commode & breuiter explicuerunt: qua in te Varro togatorum omnium eruditiffimus: vt in omnibus precipuam meruit laudem: qui omnis antiquitatis & latine lingue indagator: acutiſſimus: nonnulla que poetas paucis intellecta credidit: ſumma cum diligentia inueſtigauit cuius operis pars: vti nunc ad nos non ſic inuenta & ad nihil ferme redacta pueniſſet: hunc ſecuti alij. ſed permutato ordine utpote qui totum opus interpretandum ſuſceperunt: inter quos Helius donatus grammatice peritiſſimus principatum mihi obtinuſſe videtur: de quo vt paucis abſoluam: ſi mecum requiras vt conſueuisti iudicium hic eſt ſolus qui nobis viam qua Terentij Comici ſenſus omnis Plautinam dicendi conſuetudinem: ceteroꝝq; comicoꝝ ſi extarent perciperemus: non tam accurate q̄ diſcrete aperuit in eo eſt ſumma dicendi breuitas cuiuſlibet partis que ad artem ſpectat ſumma examinatorio: adde q̄ in vi & ſignificatione vocabuloꝝ exponenda tantum inſurgit vt eius enarratione nihil expreſſius ſit aut ſignificantius. ea. cum tantummodo attingit: que ad operis interpretandi expoſitionem faciunt: in eo nihil eſt ſuperfluū nihil verbolum. Qua in re etatis noſtre hoies non poſſum non vehemeter admirari: qui incluſi ſcribentes nil aliud edere ſolent q̄ commentatiuiculas quaſdam in quibus que abſtruſa ſunt & interpretatione non parua indiſcunt: ſicco vt fertur pede pretereunt. in rebus vero leuioꝝibus ac facilioꝝibus hunc & illū auctorem in teſtimoniū adducunt: multa ſciſſe multaꝝ lectiſſe videri volunt. Eſt qui ineptias quaſdam in epistolam ſapphus edidiſſe gloriatur: alter in Diapetia Maronis: aut in Tibulum. de his nihil loquor: qui tantum pauca ad modum obſcura colligunt. Illud ſane minime ferendum: q̄ noui quidam impreſſores nuper inceperunt: qui vt volumibus ſuis gratiam & auctoritatem acquirant & eo plura vendant: falſo preclariffimoꝝ viroꝝ nomina quibuſdam inſulſiſſimis nugis inſcribunt: vt his qui in Lucanū verboſiſſimas expoſitiones & efficiendas impreſſit: quas ſub nomine Omiboni viri integerrimi & eruditiffimi preceptorisq; mei amatiſſimi non tam temere q̄ ſacrilege edidit. mane certe Omiboni memorant: obſecrant: vt illum a tanta contumelia vindicet. nōne ego Omibonū intus & in cute noui: nunq̄ has ineptias effudit imo tanti viri animi? a nulla re magis alienus erat: q̄ ab huiusmodi commentatiuiculis paulo ante illius interitum Ticentia diſcedens: Bononiā ſum pfectus: necdum ad aliquod tale animū intenderat: verum odio inſectabatur: deſteſtatur mirum immodum huiusmodi hoies qui auctores antiquos ineptis commentatiuiculis commingent. Quis illaz de Beoꝝgio trapezuntio falſaz ferat inſcriptionem: quis commentarios in Ciceronis Antonianas editos ab hoc preſtantiffimo rhetore putet: non poſſus niſi riſu ſoluto opusculū illud de magiſtratibus inſpicere: q̄ Lurio fenelle qm̄ & is de magiſtratibus ſcripſit: ſed non extat aſcribitur. piget plura de his referre: ſed hos cum ſua ignorantia relinquam. Sequamur potius Donatum celeberrimū expoſitorē: in quo & ſi non parua ſactura facta eſt q̄ multa ſunt loca manca adeo & corrupta vt ad integrum redigi non poſſint: maiori tamen ex parte ſui ad nos puenit: & in multis noſtro fortaiſſe labore factus integer & emendator: multis ſtudioſis magis q̄ antea proderit. Inſuper anno notuiculas quaſdam perbreues in Deautione potiffimū: que plurimi facio adhortate adiūxi: quas me ex tempore dictante Antonius moꝝetus Brixienſis adoleſcens eruditiffimus

exscripsit: qui ut sane de litteris latinis benemeritus est: he ut vnicum Donato diligenter
imprimerentur curavit. nullus autem iudicium secutus sum. quippe cum nemo adhuc: id
quod ego ausus fuero: nec id possus dicere quod Donatus. Ego ad huiusmodi sequor qui recte in-
tellexerit Terentium. non ignoro tamen indoctos quosdam per edagogos non mentem pro-
buros opusculum quod eorum natura sit insolens: et ut fabius ait: peritis cedere pedig-
nantur. sed sat erit. Narce si id a te comprobari sensero te esse tanti et merito facio. quanti
Varronem illam prisca etas. nam preter summam que in te est doctrinam. quis illud confi-
cescat. quantus in re Pu. Veneta vir sis et habearis. et quo gradu ac potius cursu ad sum-
ma queque ascendas. quicquid igitur id est a Calpurnio tuo promanuscule accipe. donec
te maioribus muneribus ut par est onerem. Vale decus litterarum.

**P. Sex. Terentij Afri: cum Aelii Bonati gramma-
tici examinata interpretatione sumo. Insuper addi-
ta est Calpurnij in heautontimorumenon Teren-
tij accurata expositio.**

Prefacio quedam.

Matus in excelsis tectis carthaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominum. iuueniunt senesque:
Qualiter et serui decipiant dominos.
Quid meretrix. quid leno. dolis constringat anaris.
Ihec quicumque leget. sic puto. cautus erit.

Lepidas elegantisque Terentij Comedias cum do-
nati interpretis commentario iuxta fidele Calpur-
niane castigationis exemplar. doctrinam studiumque
Calpurnij Hieronymo Bononio emixe comen-
dante. Johannes fabri probatissimus librerie artis
extractor summa confecit diligentia. Lugduni Anno
christi. MD. cccc. lxxx. die vicesima octava Maii.

4 RE III 136437